



H. XIII. 10.

Liden
Novo Jacin.

937. III

.M .III





Henrici Nicolai

1. de Multiplicitate Rei facta.
2. Tr. de Contradictionis Natura et Principio.
3. Tr. de Oppositione Expositorum.
4. Paraphrasis Liberalis Tabellae representata.
5. Disputatio Magica.
6. Tr. de Notis naturalibus.
7. Tr. de Cognitione humana univessa, duabus Exercitationibus comprehensa.

EXERCITATIO VIII.

161

De Usu Contradictionis in arguendo.

THESES III. Sect. 2.

Act. 18



Ut non & modos rationales Logicos gene-
rales, ut homonyma, distincta, consenta-
nea, dissentanea, synonyma, paronyma,
abstracta, conereta, absoluta, connotatiua,
finita, infinita, & similia. Par latitudo Lo-
gica & Metaphysicæ est, & ut hac transcendens sufficit, qua
ad creatum & increatum sunt indifferentia: sic illa terminos
modosq; generales, quos rarisimè in omni materiâ usurpes. Plu-
ra in Tr. de syn. ac paronym. f. 1. c. 1. 2. adducta.

Respond.
Daniele
Memfen.
Dant. Bor.

4. Ita DEUM esse ratione naturali ex Contradictorijs summa
contra Atheos, Quos solidè confutare difficile esse Renatus des
Cardes in Epist. ad Uoetiũ p. 245. seq. dicit, ut pluribus Tract.
d. notitijs naturalibus C. 5. t. 9. allegauit, demonstramus hoc
modo: Aut omne ens est independens, aut nõ est, sed quoddã
est dependens. Si omne est independens, E. nullum habebis
principium. At aliquod ens principium habere continua genera-
tionum series ad sensum docet. Si non omne est independens, sed
quoddam dependens, E. aliquod ultimum esse oportet, in quo de-
pendentia ista sistatur, Ne in infinitum procedatur, à quo & na-
tura & ratio abhorret. E. illud ultimum, à quo coetera omnia de-
pendens, à nullo amplius dependere oportebit, sed independens
erit, Et hoc Deus vocatur. Sic: Aut Deus est, aut non est. Si
non est, E. mundus à seipso extitit, quod impossibile. Sui enim ip-
sus Causa esset, & se ipsum produxisset. Quod in naturalibus
non procedere videmus. Si est, E. reuerti athei, qui non esse dicunt.
Plurib. cit. Tractatu t. 7. 8. hac deducta. Sic potestatem Chri-
sti mediatoriam seu officij diuinam potestatem esse per cõ-

X

tradiçtoriã

tradictoria probamus hoc modo: Potestas Christi officialis aut est creata, aut increata, aut finita aut infin: Si est creata & finita, etiã effectus similes habebit. At saluare homines, mudare os ab omnib. peccatis, conterere caput serpentis, regere uniuersam Ecclesiam, contra omnes hostes potenter seruare ac defendere, qe omnia ad officium Christi pertinent, effectus diuini & infiniti sunt, nõ creati. Si est infinita & increata, E. diuina est, nõ humana potestas, quod nos intendimus. & consequenter humana Christi natura aliqua propriam diuinum est communicatum, omnipotentia seu potestas diuina. Et sic Luc. 22. v. 69. Christus secundum humanitatem à dextris potentia Dei seu diuina sedere dicitur. Potentia autem diuina est infinita & increata, non finita & creata. Quidam habitus compositos ex contradicentibus agere & non agere, euertere ab laborant, de quibus in Coronica Logica t. 18. dixi. De simplicibus habitibus melius id agitur. Contra eos, qui scientias practicas & prudentias theoreticas introducunt, de quibus Decca. 3. Misc. d. 1. t. 6. 12. actum. Differentia n. Contradictionis aliquid importantes in unum simplicem habitum concurrere non possunt. Simpliciu n. obiectum & finis id non admittit. Theoreticum a. & practicum tale quid important. Theor. enim non practicum, & practicum non theoreticum quid est.

s. Eadem ratione ex contradicentibus confirmamus, hominem in Christo ipso actu primo personali verissimè Deum esse hoc modo: Aut homo Christus actu primo personalis est Deus, aut non est. Si primo est, habemus insentum. Si non est, E alio quodam actu est Deus, aut nullo. Fatentur enim Pontificij & Reformati nobiscum, verè ipsum Deum esse & hominem in unã personã. Si alio quodam, quã primo, est Deus, secundo erit, qui desinire solet per energieam & operationem, aut nullo erit.

si secundo ad
itur à Deo.
construatur à
Act. 17. v. 28.
modo est
factorum, qu
personaliter, &
tus, ut cum DE
terum indis
sua adias ad
niti ac consen
Dei est unita, a
nisi dicit Deu
ego Deus dic
Deus, h. e. ope
etur unum per
ex natura vel
constituitur un
natis. E. ma
cudo. At alius
nisi actus vel
hinc est Deus
Deus in Christo
est compositus
que tamen nob
libet, actum
citem homo n
Et enim perso
& immediate
humanitas Ch

Si secundo actu est Deus, gestabitur, sustentabitur, conserva-
bitur à Deo. At hoc modo quævis creatura gestatur, sustentatur,
conservatur à Deo, ut in quo omnia sunt, vivunt, & moventur.
Act. 17. v. 28. Christus autem homo longè alio & toto genere di-
verso modo est in Deo, ac quævis creatura vel quivis aliorum
sanctorum, quantumvis eminentissimus. Christus homo est Deus
personaliter, & in ipsam substantiam divinam intimè pertra-
ctus, ut cum Deo filio unum faciat hypostamenon & subsistens in
æternum indissolubile, ut iste homo & iste Deus filius una sit per-
sona $\alpha\delta\iota\alpha\sigma\alpha\lambda\omega\varsigma$, $\alpha\delta\iota\alpha\lambda\omicron\pi\epsilon\tau\lambda\omega\varsigma$, $\kappa\alpha\iota\ \alpha\chi\omega\epsilon\iota\sigma\omega\varsigma$ naturis in eâ inter se u-
nitis ac consentientibus, qualiter nulla creatura cum Deo vel filio
Dei est unita, aut unquam in æternum unicitur. Nec ulla creatura
potest dici Deus, quomodo homo in Christo ob personalem $\pi\epsilon\pi\iota\chi\omega\gamma\epsilon\iota\sigma$
Deus dicitur. Deinde si actu secundo homo in Christo est
Deus, h. e. operatione quadam, non ex Deo & homine constitu-
etur unum personale, sed tantum per operationem. Sic enim
ex naturâ vel supposito & operatione ejus unum constituitur. At
constituitur unum personale, fatentibus Pontificiis & Refor-
matis. E. maiore actu homo in Christo est Deus, quam mero se-
cundo. At alius præter secundum nullus est, quàm primus. Omnis
enim actus vel primus est, vel secundus. E. actu primo personali
homo est Deus in Christo, non mero secundo. Si nullo actu est homo
Deus in Christo, perit personalis duarum naturarum in Christo unio,
nec compositus ex duabus naturis est, nec verè & naturâ Deus est,
quæ tamen nobiscum consentitur Reformati & Pontificij. Nil
obstat, actum primum personalem tantum persona esse. Christus
autem homo non persona, sed in personam assumptus tantum est.
Est enim persona ille, sed non exclusivè naturis. Persona $\pi\epsilon\pi\iota\chi\omega\gamma\epsilon\iota\sigma$
& immediatè, naturis $\delta\epsilon\omega\lambda\omicron\gamma\omega\varsigma$ & mediatè ille competit. Habet
humanitas Christi actum personalem, non quod persona facta sit,

sed quod in personam verbi assumpta, personaliter ei unita, & pars personae composita facta sit. Hoc n. non dato uno tandem non subsistet, quam tamen nobiscum sartam uolumus Pont. & Reform

6. Sic ex Canone Contradictentium frequentissime arguimus: Posito uno contradicentium membro remove tu alterum, & remoto altero ponitur alterum. *Vi. liberalitas est virtus. E. non est non uireus. Hic homo est iustus, diues, probus. E. non est non iustus, non diues, non probus. Aut es homo, aut non es. At es homo. E. non es non homo. Nulla res pariter est & non est. At mortui sunt. E. non non sunt. Si Petrus sedet, impossibile est eum non sedere. At sedet. E. impossibile est eum non sedere. Cujus definitionis contradictoria est vera, ea est falsa. Huius definitionis, Leo est animal latrans, contradictoria, Leo non est an. latrans, est vera. E. ipsa est falsa. Baptismus Iohannis aut e caelo fuit, aut ab hominibus. Si e caelo, cur illi Pharisaei non crediderunt? Si ex hominibus, cur populus eum habuit pro Propheta? Aut Christus est essentialis Deus, aut non est. Si est, habemus intentum. Si non est, cur creatio ipsi attribuitur, Hebr. 1. v. 10. Quae non nisi essentialis Dei est. Esai. 42. v. 5. Jerem. 32. v. 17. Zacch. 12. v. 1.*

7. Apud lectos usus Contradictentium non minus frequens est, ac Theologos aut Philosophos. Sic Contradictentia ipsis sunt: Om. obligatio parit actionem, Quaedam obligatio non parit actionem, Om. quod licet, honestum est. Quoddam, quod licet, honestum non est. Titius est procurator ad totam causam constitutus, Titius non est procurator ad totam causam constitutus, *Vbi Si unum verum fuit, alterum falsum esse necessum erit. Si verum, omnem obligationem parere actionem, falsum, quandam non parere eam. Si verum hoc est, falsum illud est. Sic si verum, Non omne, quod licet, honestum est, falsum erit,*

sum erit, omni
falsum est. Si
pauisset, in or
tationem obje
ur: Multa,
pro utilitate
probari pote
tem alienam
passent, furti
ratione dei pe
sream iustitia
3. leg. 32. Qu
culo duplici
non ad eum
diligens est, r
praeter, fraco
quam suis re
8. Libre
dici possit, dub
nem esse pura
tionem & r
& venditio,
Sic posito un
Aqui pollens e
20. 8. 6. Mu
peteris. Alias
lulia de adul
dicere testimo
tu Lege Iulia
damnitur. Si
conrario senj

sumerit, omne, quod licet, honestum esse. Et si hoc verum, prius falsum est. Sic lib. 9. Digest. tit. 2. §. 51. cum Iuliano obyci potuisset, in omnibus controuersis decidendis subtilem disputandi rationem obseruandam esse, ille contradicendo opponit & remouet: Multa, inquit, iure ciuili contra rationem disputandi pro utilitate communi recepta esse innumerabilibus rebus probari potest. Vnum posuisse contentus ero. Cum plures trabem alienam furandi causâ sustulerint, quam singuli ferre non possent, furri a ratione omnes tenere existimantur. Quamuis subtili ratione dici possit, neminem eorum teneri, quia neminem verum sit eam sustulisse. Sic à contradicentibus agitur lib. 16. dig. est. t. 3. leg. 32. Quod Nerua dixit, latiore culpam dolum esse, Proculo dupliciuit. Mihi verissimum viderur. Nam & si quis non ad eum modum, quem hominum natura desiderat, diligens est, nisi tamen ad suum modum curam in deposito præster, fraude non caret. Nec enim saluâ fide minorem ys, quam suis rebus, diligentiam præstabit.

8. Libro 18. t. 1. l. i. §. 1. An sine nummis venditio hodie dici possit, dubitatur. Sabinus & Cassius emptionem & venditionem esse putant. Nerua & Proculus permutacionem, non emptionem & venditionem aiunt. Hic Contradictio est emptio & venditio, non est emptio & venditio, sed permutatio. Sic posito uno contrariorum immediatorum tollitur alterum. Aquipollent enim contradicentibus. Sic lib. 28. Dig. t. 1. leg. 20. §. 6. Mulier testimonium dicere in testamento quidem non poterit. Alias autem posse testem esse mulierem argumento est Lex Iulia de adulteriis, quæ adulterij damnatam testem produci vel dicere testimonium vetat. Vbi à contradicentibus velut colligitur Lege Iuliâ vetatur adultera esse testis. E. eadem non adultera admittitur. Sed hac arguendi forma propius ad argumentum à contrario sensu perineat, de quo t. 16. seq. agetur. Eodem modo

ex verbis lib. 17. c. 2. §. 3. *Societas si dolo malo aut fraudandae causa coita sit, ipso jure nullus momenti est, quia fides bona contraria est fraudi & dolo, à contrariis immediatis colligitur. Fides contraria est fraudi & dolo. Et ubi fraus & dolus, contractus legitimus nullus est. Fide enim hic nisi debes. Sic ex eo, quod quis sui iuris sit, colligunt Icti, quod alieno juri subiectus non sit. Virtualiter enim contradicunt, sui iuris esse, & alieno subiectum esse, quod idem ac non sui iuris esse est, quod aperte alteri contradicunt. Sic si quis obligatus sit alteri, infertur, quod non sit liber, contradicunt enim hoc priori. Sic esse vivum & mortuum, servum & liberum, mulierem testamentum condere posse, & eandem juris civilis capacem non esse; virtualiter in sensu contradicunt, eorum uno affirmato alterum remonetur, & vicissim.*

9. *Similiter ex Contradicentibus constat interdum falsas sententias, vel redigendo ad absurdum & impossibile, vel ex ipso contradictionis principio falsitatem sententiae ostendentes. Sic Reformatos tropum in verbis Coenae ponentes, & nulli tamen voci distinctè eum assignantes, ad incommodum deducimus hoc modo: Omnis tropus dictionis in voce aliquâ radicatur, in quâ ostendi potest. Inde enim tropus dictionis vocatur, quod dictionem aliquam è proprio significato vertat in alienam. Omnis metonymia est tropus, ut consensu Rhetorum communi constat. E. omnis metonymia in dictione aliquâ radicatur. Reformatorum autè metonymia in Coenâ in nullâ dictione radicatur. Toti enim propositioni inesse volunt, non specialiter alicui dictioni. E. metonymia Reformatorum in Coenâ non est metonymia, quod impossibile & contradictorium est, ut esse & non esse simul inuoluens. Iterùm: Quidquid verè alicubi praesens est, aut locali modo, aut non locali ibi est. Membra enim haec contradictoria, & sufficienter exhaustiunt omnem adessendi modum,*

modum, qui
aut non locali
praesens est se
tantum esse a
tum, vel soli
Christi nullo
rium ista est,
in Coena esse
subiectum ne
Figurata enim
proprie, sed p
Reformatis
quod illarum
cum nunquam
Panis Euchar
tam impropr
tat: Corpus C
est, quod non
si corpus. E. b
Reformatis
concedentur:
figuratum &
10. Ampli
propositioni
& inconsistent
in ea, ut Beta
spicill. p. 23
thodox. con
4. & 7. Pareu
Trelcatus l

modum, qui hic duobus membris comprehenditur, aut localiter aut non localiter adesse. Corpus Christi neutro modo in Cœnâ præsens est secundum Reformatos. Non locali, sic enim in Cælo tantum esse aiunt. Non illocali, hunc enim vel spiritibus tantum, vel soli Deo, nulli corpori convenire posse disputant. E. corpus Christi nullo modo reuerâ in cœnâ præsens est. Quod contradictorium istud est, qui illud præsens præsentia fidei, spiritus, spirituali, in Cœnâ esse strenuè Rhetoricari solent. Ulterius: Propositio nec subiectum nec prædicatûm improprium habens nequit esse Tropica. Figurata enim prædicatio est, in quâ prædicatum cum subiecto non propriè, sed per figuram aliquam copulatur, desinente ex ipsis Reformatis Crellio lib. 2. Logic. c. 3. Si per figuram, E. ali- quod illarum partium figuratum significatum habere cogitur, se- cius nunquam figuratè cum altero copulari poterit. Hac propositio, Panis Eucharisticus est corpus Christi, nec subiectum nec prædica- tum improprium habet. Panis enim verum proprium, Panem no- tat: Corpus Christi illud corpus notat, quod pro nobis traditum est, quod non est tropicum aut improprium, sed propriissimû Christi corpus. E. hac propositio nequit esse Tropica. Et tamen omnibus Reformatis classicè Tropica est, & duo cõtradictoria simul vera concedentur: Propositio: hanc, Panis est corpus Christi, esse figuratam & non esse talem, quod impossibile.

10. Amplius: Qui docent Tropum esse posse in Copulâ propositionis, & non esse posse in eâ, illi verissimè contradicunt, & inconsistentia docent. Reformatorum quidam docent esse in eâ, ut Beta par. 2. respo. & qu. d. sacram. p. 131. & in consp. p. 23. Polanus in syllog. d. Cœnâ, t. 16. 18. 24. Orthodox. consens. in præfa. & c. 7. Chamier l. 10. d. Euchar. c. 4. & 7. Pareus l. 3. d. Euchar. c. 9. Palatini in aufsur: bericht Trelocatius lun, in inst. Theol. l. 2. loc. 11, p. 175. alyq; Quidam

Quidam negant, in eâ tropum esse posse, ut Keckerman. l. 3. Theol. c. 8. l. 2. Log. f. 2. c. 2. & l. 2. Rhetor. c. 2. Crellius l. 2. Log. c. 3. t. 7. Timplerus l. 3. Rhetor. c. 3. q. 5. Goclenius probl. Rhetor. 15. alyq; *E. verissimè sibi inuicem contradicunt & inconsistentia docent.* Rursus: *Qui dicunt, propositiones disparatum de disparato enuntiantes copulam Tropicam habere, verissimè sibi contradicunt, & disparatum de disparato eadem predicare negant.* Si enim lo est in hac, *Panus est Corpus Christi, tropicum est, & idem ac significat, valet, ut sensus sit: Panis significat corpus Christi, jam non disparatum de pane dicitur, sed relatio pani accidens, significatio corporis Christi, de pane predicatur, qua non est disparata à pane, sed optimè illi conjuncta, sic inferentia Keckermanno c. l. syst. Theol. s: d Reformati sacramentales, predicationes disparatum de disparato enuntiare ajunt, ut ex Polano. Berâ, Chamiero, & alijs allegatum. E. hi verissimè, iudice Keckermanno, sibi contradicunt, & disparatum de disparato in illis predicari negant.* Sic, *Aut habemus verum panem in sc. Cæna, aut non habemus.* Si habemus, absoluti sumus à rigidiorum quorundam censurâ, qui eum nobis in Cæna negant, quos tract. de pane l. 2. §. 25. allegavi. Si non habemus, nec veram Cænam habemus. Sine vero enim pane, tanquam alterâ essentiali parte terrena, illa non. Si veram Cænam non habemus, quomodo fraternitatem eorum inire cupiunt Reformati, qui veram Cænam non habent?

II. Papistas ex Contradictentibus variè confutare possumus. Omne peccatum promeretur mortem. Rom. 6. v. 23. Peccatum veniale non promeretur mortem, sed ex propriâ naturâ remitti dignum est, ut Papistæ statuunt. E. peccatū veniale non est peccatum. Quæ conclusio Contradictoria & impossibilis est, & ipsimet Papistæ veram peccati illud speciem esse

esse concedunt. Sic nulla norma partialis & inadæquata est legitima. Ad normatum enim suum hæc adæquata esse debet, secus planè norma esse non sasu poterit. S. Scriptura est partialis & inadæquata credendorum norma, secundum Papistas, qui traditiones addunt. E. Scriptura planè norma non est credendorum, quod communi Papistarum hypothese contradicit, quâ normam eam esse largiuntur, sed nec unicam, nec totalem. Vlierius: Nul- lum principium ab utraq; parte non concessum verum principium est. Principia enim disputandi communia & ab utraq; disputantiũ parte concessa esse debent, secus ex illis procedi non potest. Arguendum enim ex concessis, non dubijs aut negatis. Principium fidei, Scriptura in sensu Romana Ecclesia accepta, est tale quid, quod ab utraq; parte non conceditur. Non enim tali limitatione à Nobis pro principio agnoscitur, ut præcisè ad sensum Romanæ Ecclesiæ accipiatur. Qui in suo proprioq; sensu eam accipiendam docemus, si vè usad sensum Romana Eccle- siæ quadret, si vè minus, nobis id indifferens est. E. principium fidei, Scriptura, non est legitimum principium. Conclusio est absurda & Contradictoria. E. ipsorum limitatio, quam Scrip- tura adjiciunt, & quâ naturam principij evertunt, & ex principio non principium faciunt. Amplius: Omnis legitimus Ponti- fex publicè ex officio in fide aliquid decidens est in deci- dendo infallibilis, juxta Papistas. Pontifex Romanus sapius publicè decidens non fuit infallibilis, sed turpissimè & fundamen- taliter in fide erravit, ut in Concilio Constantiensi, Latera- nensi, Mantuano, & Tridentino patet, & uberius in Theolo- gicis à Protestantibus demonstrari solet. E. Pontifex Romanus sapius non fuit legitimus Pontifex. Conclusio est Contradi- ctoria. Minor alibi Solidè à Nostris est asserita. Falsa ergò Ma- jor ipsorum, quam pro verisimâ in loco de Pontifice habere &

urgere

urgere solent. Sic fidem implicitam impugnamus. Omnium: fias proprie dicta notitia & assensum rei includit, quae credi debet. Fides implicita non notitiam, sed ignorantiam includit. E. non est fides proprie dicta. E. reuera potius non fides est. Nam quae aquivocè dicuntur, potius non sunt, quod dicuntur, quàm sunt. Ut Herodes vulpes, mors pallida. &

12. Illos, qui duplices & contrarias veritates, Philosophicam & Theologicam introducunt, de quibus d. Contr. c. 77-79. S. I. moniti, ex Contradictoribus variè confutare possumus. Dicunt Philosophiam esse opus carnis, consequenter non à Deo. Unde sic argui potest: Omnis Philosophia est à Deo. Est enim scientia, quae à Deo ut patre lumine, à quo omne bonum ad nos descendit. Quod à Phi. non est à Deo, quia opus Carnis. E. q. P. n. e. Ph. quod absurdum & Contradictorium. Ulterius: Quodcumque verè repugnat, est falsum & non verum. Vero enim nihil est oppositum nisi falsum & non verum. Quoddam verum vero repugnat secundum istos. E. quoddam verum non verum, sed falsum est. Conclusio iterum absurda & Contradictoria est. Major vera est Minor ergò, quae ipsorum est, falsa sit oportet. Amplius: Si verum vero est contrarium, primum veritatis omnis principium sibi erit contrarium, quod est Deus. Ab hoc enim quaevis veritas habet, ut sit veritas, h. e. Deo ejusque intellectui conformis. At verum vero est contrarium secundum hos. E. & Deus Deo erit contrarius. At talis Deus non est Deus, prima enim veritas semper secum consentit, nunquam à se dissentit, minus adversa fronte concurrat. Deus autem & non Deus contradictoria sunt, & sic tandem ad contradictoria talis sententia reduceretur. Amplius: Quidquid aduersatur Deo, rectum non est. Primus enim rectitudinis omnis fons Deus est. Recta ratio s. Philosophia inde extracta aduersatur secundum ipsos Deo. E. recta non est.

Con-

Conclusio
dicit enim esse
13. Iter
E. principium
cipium Philo
lia manifesta
non est Deus,
Ulterius: Si
gia, aliquid
sentit. Ver
consentit. Fa
re non consen
lobia, falsu
est, simul cu
possibile est.
contraria cri
recti. At pri
ergo & bona
At hi sermi
malum non
est, & sic con
te Contradi
cis falsum in
a Deo, quae
lo simul est, a
est. Hoc aut
esse. E. & e
Similiter ill
parari posse a
gimus. Ta

Conclusio Contradictoria est, re eam rationem non esse rectam, dicit enim esse & non esse simul.

13. Iterum: Si Philosophia contrariatur verbo Dei. E. principium Philosophia contrariabitur verbo Dei. Sed principium Philosophia est ipse Deus per lumen natura naturâ scibili manifestans. E. Deus contrariabitur Deo. Sed talis Deus non est Deus, ut antè ostensum, quod Contradictionem implicat. Ulterius; Si verū aliquid in Philosophiâ, falsum in Theologia, aliquid simul erit & non erit, consentiet cum re & non consentiet. Verū enim quod est, res ipsa representata est, & cum re consentit. Falsum, non res, sed rei umbra & fictio est, ac cum re non consentit. At secundum ipsos aliquid verum est in Philosophiâ, falsū in Theologia. E. aliquid secundū ipsos simul est & non est, simul cū re consentit & nō consentit, quod contradictoriū & impossibile est. Ulterius; Si contraria ejusdem rei est veritas, essam contraria erit essentia. Veritas enim ad aequationem notionum cum re est. At prius est secundum illos. E. & contraria essentia. Si hoc, ergo & bona & mala, vera & falsa, realis & notionalis erit. At hi termini virtuales contradictiones imporsant, & omne malum non bonum, falsum non verum, notionale non reale est, & sic contraria essentia non essentia tandem erit, quod aperte Contradictorium. Ulterius; Si idem verum in Philosophicis falsum in Theologicis est, erit simul à Deo & à Diabolo. A Deo, quā verū, à Diabolo, quā falsū. Sed quod à Deo & Diabolo simul est, à Deo & non Deo simul est, Diabolus enim non Deus est. Hoc autem Contradictorium, à Deo esse, & simul non à Deo esse. E. & id contradictorium, aliquid simul verum & falsū esse. Similiter illos, qui mente ab homine separanda realiter à Deo separari posse dicunt, ex Contradictentibus. ad incommodum redigimus. Talia n. realiter rebus sunt eadem, & simul realiter se-

separari possunt, quæ non sunt eadem. Et simul sic sunt eadem rebus & non sunt, quod Contradictorium. Vt plurib. de Ess. alicubi f. 1. t. 19: deductum. Sic Amelius eos, qui dona infusa à voluntate ratione intellectus vi medij interuentu infundunt dicunt, à Contradictorijs confutat. Quod infusum esse & mediante alio infusum esse Contradictoria sint, quod infusa inde dicta sint, quod immediate à Deo increata sint, nec medium proprii intercedens inter deum & suum subiectum habeant. Disp. d. præpar. pecc. ad convers. q. 2.

14 Vltorius usus Contradictionis in disputando esse potest, vbi tam confirmando, quam confutando procedimus quando disputatione cum aliquo ingredi, aut analysin tractationis alicujus moliri velimus. Siue disputemus cum aliquo, siue ab alio elaboratum aliquid resolvere velimus, accuratè laborandum, vt justè statui Controversiæ contradicatur. In disputando justè contradicendum est, secus non legitima sententiarum inter se collatio, sed turpis Elenchi ignorantia orietur, quæ de capiti quæstus de alijs respondebit, & andabatarum instar cæcis & ridiculis icibus duo inter se depugnabunt. Sic olim ap. Augustinū libr. d. hæref. Coluthiani & Floriani ridiculè disceptarunt, quorum illi nullius mali authorem Deum docebant, hi contra omnium mali cum esse authorem efficere nitebantur. Citra legitima Contradictionis legem autem ubique isti homines concurrunt, & alter de malo culpa, alter de pena colligebat. Nec ipsa enuntiatia contradictoriè se habent, Omne malum est à Deo, Nullum malum est à Deo, sed hoc prioris verum est Contradictorium; Non omne malum est à Deo. Est enim aliquod malum culpa, & hoc non est à Deo: aliquod pena, & hoc est. Sic Patrum notrorum memoriã disceptatū est, an bona opera necessaria essent ad salutem? Orti sunt Antinomi, qui consrà pugnare aggressi, bona

bona opera pernitiōsa esse ad salutem asserere sunt ausi, ut quidam
 Eorum publico scripto salem titulum praefixerit: Bona opera
 esse pernitiōsa ad salutem. Cum contradictorium prioris
 eligere deduissent, & bona opera non esse necessaria ad salu-
 tem asserere, in quo verissimi fuissent. Sic olim à Stoicis & se-
 quacibus assertum: Omnia necessariò fieri. Quibus Epicurei,
 Athei, Libertini, opposuerunt, Omnia fortuito fieri, turpi Con-
 tradictionis elencho, cum se contradicendum fuisset: Non om-
 nia necessariò fieri, sed quadam necessariò, qua causas secundas
 necessarias haberent, quadam non necessariò, sed contingenter, qua
 contingentes ad effectum. Sic in disputatione Vinariensi, cum
 Strigelius assereret, peccatum originis esse accidens hominis le-
 uiculum, Flacius contrarium arripuit, & peccatum originis ip-
 sam hominis substantiam Theologicam magno errore asseruit, cum
 in contradicendo statui deberetur, & peccatum originis
 non esse accidens hominis leuiculum asserere debuisset, sic
 justè contrà Aduersarium disputasset. Sic inter Philosophos
 contenderunt aliquando duo inter se, Vtramq; Contradictori-
 am propositionem simul falsam esse posse. Sed in Contra-
 dicendo lapsi sunt. Exempla enim non verarum Contradictio-
 num, sed contrarietatum attulerunt, Vt t. 29. patebit. Sic rectè
 Amesius Arminianos arguit in Coronide Collat. Hagienf.
 C. 2. quod Vniuersali Enuntiato Contradicti sua thesi voluerint,
 Vt, Om. operationem gratia conuertentis in homine resistibilem
 esse: Et Null. op. gr. e. i. h. r. e. Cum per talia verum à falso non
 diuidatur, Sed particulari justè contradicatur, Quandam op.
 grat. con. in hom. non esse resistibilem, quomodo sui in arguendo
 opposuerint. De re a. ipsa, an gratia Conuertens efficax & qua-
 tenus resistibilis in homine sit, Tract. de. Conuersione ho-
 minis ad Deum c. 5. t. 34. seq. solidè disceptabitur, &
 distinguenda distinguentur. Y 3 Cæterum

15. Cæterum, an in Contradicens controversiæ st-
tui apertâ & directâ semper Contradictione utendum sit,
an & quandoq; virtuali & indirectâ uti sufficiat, cum ser-
sus contradicens inuoluitur, etsi modus enuntiandi
pertet priori non sit contradictorius, hic quæri possit? Uti
sanè disputantium habet, ut virtualibus Contradictionibus
tuis controversiæ interdum contradicatur. Sic Papiſtus Scripturam
obscuritatis, imperfectionis, & ambiguitatis postulantis con-
dicimus, & eam perfectam, claram in rebus fidei & morum, &
determinati sensus esse confirmamus. Pythagoricis, Empede-
cli, Copernicis, Semi Copernicis, Mæstlino, Rothmanno,
Lansbergio, Gilberto, Wendelino, Origano, Hortensio, Lor-
gomontano, Raymaro, Campanellâ, Hauemanno, alijsq;
terram in orbem moveri asserentibus, in statu controversiæ contrad-
icimus, eamq; quiescere asserimus. Photinjanis Deum unum & esse
tiam & personis dicentibus, contradicimus, & esse unum pers. trinum confir-
amus. Papiſtis justificationem in infusione habitus sanctitatis con-
stere dicentibus statim contradictorium opponimus, eam in remissione
ne peccatorum & imputatione iustitiæ Christi consistere confirmante.
Non sunt directè, aperteq; Contradictoria: Scriptura est obscura,
imperfecta, ambigua, & Scriptura est clara, perfecta, certa in sensu.
Sed hæc scriptura non est obscura, non imperfecta, non ambigua.
Sic terra movetur, & terra quiescit, non directè contradicunt
Sed, terra non movetur. Iustificatio consistit in infusione sancti-
tatis, & Iust. consistit in remissione peccatorum, formaliter non
contradicunt, sed Iust. non consistit in infusione sanctitatis. A-
verum Elenchum Aristoteles i. Elench. c. 4. requirit, ut con-
tere debeat contradictionem conclusionis. Unde elenchum con-
tradictionem unius & eiusdem non omnis, sed rei & nomini
non homonymi sed ejusdem, quæ ex concessis necessario colligatur

Secundum
fuit. Unde e
oppositus est.
traditur asser
præcipi solet.
Contradicti
rectâ, quæ i
16. Unde
extendere sol
rii Aristotel
us, non est id
si sit virtuali
monstrum, n
lenchi, etsi n
sua assertioni
virtualiter c
esse flava, h
non esse flava
similia in hoc
nerit d. rat.
da. i. Excetio
radicere, si
â falsitate se
alteri falsu e
in infusione j
si. Deum per
fieri est obscu
sufficienter in
formaliter, q
verum, aliter

Et secundum idem ad idem eodem tempore & modo sumatur, definit. Unde elenchus syllogismus directe conclusioni Aduersarij oppositus est. Elenchi ignorantio est, cum conclusio non verè contradicit assertioni Aduersarij; de quo inter Elenchos sophisticos præcipi soles. Indistinctum tamen reliquit Aristoteles, an Contradictionem præcisè de apertâ directâq; an & de indirectâ, quæ in virtuali sensu consistat, intellectam velit.

16. *Unde Interpretes & ad virtualem Contradictionem extendere solent. Ut Scheibler. d. syl. c. 17. n. 51. Cum requirit Aristoteles, ut elenchus contradictionem conclusionis contineat, non est id necessariò formaliter intelligendum. Satis enim est, si sit virtualiter. Ita si tu dicas, omnia poma esse flava, & ego demonstrem, nulla poma flava esse, non committo ignorantiam elenchi, etsi non contradictoriam, sed contrariam propositionem tuae assertioni opponam. Propositiones enim contrariæ sunt virtualiter contradictoriæ. Qui enim probat, nulla poma esse flava, hoc ipso probat ejus subalternam, quædam poma non esse flava. At hæc contradicit thesi Aduersarij. Ita ille Similia in hoc apud Williūd. rat. disput. c. 3. t. 5. fehart. & Horneriū d. rat. disp. c. 8. 9. 4. Mihi sequentia hic videntur dicenda. Licet in disputando etiã virtualiter statui Aduersarij contradicere, si per virtualem contradictionem sufficienter veritas à falsitate discernatur, unumq; probatū necessariò verum, alterū falsū exurgat. Sic terra mouetur, terra quiescit, Iustificatio in infusione sanctitatis, iustificatio in remissione peccatorum confitetur, Deus personis unus, Deus personis trinus est, Scriptura in rebus fidei est obscura, & ambigua, Scriptura in r. f. est clara & certa, sufficienter in disputando contradicitur, etsi virtualiter tantum, non formaliter, quia alterum istorum positorum necessariò evadet verum, aliter falsum, & præcisè hic verum à falso discernitur.*

176 De Oppositione Enuntiatorum

Ita licet & per contrariam opponere, si in illa contraria virtus contineatur Contradictoria, qua immotè verum à falso secernat. Sic in isto, Omnia poma sunt flava, Nulla poma sunt flava. Et hoc enim sequitur alterum; Non omnia poma sunt flava, quod priori directè contradicit. Sic probato; Nullum hominem esse diuitem, probatum etiam est, non omnem esse diuitem, quod huic Omnis homo est diues, directè contradicit. Etsi enim vniuersale ista negantes, Nulla poma esse flava, nullum hominem esse diuitem, absolutè in se falsa sint; admittuntur tamen in opponendo hæc tenus, quod contradictiones priorum contineant, qua verissima sunt. & sic conditionatè in disputando contradictio virtualis vel per contrarietatem, vel per sensus tantum oppositionem admittitur, quæ vel contradictionem continet, vel verum à falso immotè secernit, secus absolutè admitti non debet.

17. 2. Cum virtualis Contradictio non sufficienter secernit verum à falso, sed vtrumq; falsum relinquit, non est ea adhibenda, sed reprobanda, & disputator ad contradictionem formalem virgendus est. Sic peccatum est accidens hominis leuiculū, & peccatū est ipsa substantia hominis, Bona sunt necess. & b. o. s. noxia ad salutē, extra q. §. 14. adducta virāq; partē falsā relinquunt, adeoq; hoc modo contradicere concedendum non est. Sic, Omnes homines saluabuntur, omnes homines damnabuntur, Omnes homines sunt electi, prohi, Nulli sunt electi, Omnes sunt improbi, vel, Nulli homines saluabuntur, Nulli homines sunt prohi, ab vtraq; falsa sunt, eoq; vs hoc modo inferantur, concedi non debet. Nisi sub conditione, quatenus contradicentia vera in illis continentur. 3. Tutissimum est, ad contradicentia vera & formalia disputantes redigere, siue in enuntiatas quantitates habentibus ea fuerint, siue nullā quantitate, in quibus etiam contradictiones figere nos posse s. i. t. 75. satis patuit

generalitate p
simè ac infal
centium vni
acquirenda di
virtualis con
num membra
Formaliter en
non erit, alter
tere, nec secus
18. Sic
confutando,
analijsi Logi
feruntur, au
ta. Vbi i. Q
et. Hoc enim
dendus occup
mine à janua
serabili qua d
trouersia si
corpis. Elenc
de vltiori ve
etim & com
non merentur
tentia incom
vili separand
nein analyt
sentu retente
sola hac norm
nā, propterea
& medio inter

generalitate formalis contradictionis. Hoc enim modo & proximè ac infallibiliter ad veritatem deveniemus, cum contradictentiam unum semper sit verum, alterum falsum, & veritatis acquirenda disceptantes ante omnia satagere debent: & pericula virtualis contradictionis evitabimus, ut animadvertatur, an vnum membrum præcise verum inde educatur, an secum id cadat. Formaliter enim statui Aduersarij contradicendo pertimendum non erit, alteram oppositorum sine omni dubio verum esse oportere, nec secus in contradictione rem esse posse.

18. Sic fuit usus Contradictionis in confirmando, confutando, & disputando: Restat in resoluendo videndus. In analysi Logicus occupatus est in inquirendo, an omnia, quæ adferuntur, aut allata sunt, rectè ad veritatem sint comparata. Vbi 1. Quid quærat, exactissimè inquiret & constituet. Hoc enim non rectè constituto circa larvas & lemures resoluendas occupabitur, non circa id, quod tractatū est. Et in primo limine à janua aberrabit, ut tota eius resolutio nil aliud, nisi miserabilis quaedam aberratio futura sit. 2. An rectè statui controuersia sit contradictum, animauertet. Hoc nisi factū turpis Elenchi ignoratio commissa fuerit, qua detegenda, & ab ulteriori resolutione in tali tractatu abstinendum. Illegitima enim & competenter ad artis leges non composita resolutionem non merentur, sed reiectionem. Nisi fortè vera falsis, competentia incompetentibus immista fuerint, sic enim pretiosum & vili separandum venies. 3. Solà contradictoria oppositione in analysi vtendum, quæ directè neget idem, eodem sensu retento, non alia oppositione vtatur. Ratio est, quia sola hæc norma & regula immota est veritatis in quavis disciplinâ, propterea quòd altera ejus necessariò est vera, altera falsa, & medio inter veritatē & falsitatem necessario caret, Vt L. l. 59

60. constitutum. *Analysís autem cum niuisinem instituitur. et an omnia, quæ adferuntur, ad veritatem probè sine comparatione inquiratur. Eâ ergo oppositione in analysi utendum, quæ veritati inquirenda magis accommodata fuerit, qualis est contradictio, quæ semper vel verum tantum, vel falsum tantum dicit, nunquam utrumq; simul. Deinde contradictio est generalis partim quæ formas propositionum, in quibus uniuersis procedis, etiam quæ sine quantitate sunt, ut exponibiles, compositæ, singulares &c. Ut §. 11. 12. §. 1. ostensum, Cû contrarietas tantum inter duæ uniuersales consistat, et si quantitates uniuersales desint, ea exprimit aliudq; opponendi genus inesse asserendum sit: partim quæ disciplinæ & scientiæ, qualiscunq; in veri inquisitione occupata sint, in quibus omnibus locum habet. Tali autem oppositione, quæ in disciplinæ verum continere procedat, in primis in analysi utendum. Formæ enuntiationis, cui contradicitur vel contradicendum est accuratè attendat, & quàm maximè ad formalem contradictionem oppositionem in analysi redigat. Formæ enuntiationis sunt variae. In omnibus formam contradicendi obtinere §. 1. c. 17. 18. ostensum. Quomodo maximè formaliter uniuersis contradicatur, c. 1. & §. 50. assignatum. Analyticus maximè ad formalem contradictionem res redigat, sic enim & proximè aperireq; ad veritatis inquisitionem deueniet, & pericula vel virtualibus contradictionibus; vel alijs oppositionibus, ut contrarijs & subcontrarijs imminetia, securè evitare poterit. Pluribus in Pædia Logicæ hæc deducta sunt.*

19. Ita vsus argumentationis siue quæ genesin, siue quæ analysin in contradictione fuit. Videndus etiam vsus oppositionis Enuntiationis in arguendo in genere, quæ ad contrarietatem & contradictionem indifferens ea est, & utramq; sub se complectitur, *Hic in argumentatione*

contrario
oppositis ad
conspicuis e
melliore Con
subiendum.
tu, ve vocant
tate vocatur.
& predicat
etiam si non
subiectum &
tentiam & c
recipitur à l
credens non
11. conuersio
vicit, quæ e
regulam 2. T
Et negatio
causa, cur non
ficorum: s
est in oppos
Strigelio re
frequentissim
hardus à Mi
452. notat,
argumentum
multasq; leg
deklaratione
in quibus loc
ter illud fore
entur, adeo

à contrario sensu, ut vocant, & argumentatione ex præmissis
 oppositis ad conclusionem seipsam euerentem in primis
 conspicuus est. De his quid Logicè sentiendum sit, pro
 meliore Contradictionis in argumentando usu paucis aliquid
 subiiciendum. Habent Logici argumentum à contrario sen-
 su, ut vocant, de quo Dn. Philippus l. 4. Dial. p. 328. Sic vti-
 tatè vocatur, inquit, forma argumentorum, cum subiecto
 & prædicato adduntur negationes in altera propositione,
 etiam si non fiat conversio. Et valet consequentia, cum
 subiectum & prædicatum sunt paria. Ut om. agens poeni-
 tentiam & credens sibi propter filium Dei remitti peccata
 recipitur à Deo. E. omnis non agens poenitentiam & non
 credens non recipitur. Keckermannus l. 3. Log. s. 1. c.
 II. conversioni per Contrapositionem affinem illam illationem
 vocas, qua est à contrario sensu. Eiusq. fundamentum esse dicit
 regulam 2. Topic. c. 3. Si affirmatio est causa affirmationis
 & negatio est causa negationis. Et 1. poster. c. 10. Si negatio
 causa, cur non insit, affirmatio est causa, cur insit. Et illud Schola-
 sticorum: Si propositum est in proposito, etiam oppositum
 est in opposito. In Systē: minori l. 3. c. 20. ex Melanchtone &
 Strigelio repetit, quæ super hac re commentati sunt illi. Apud Ictos
 frequentissimum est argumentum à contrario sensu, ut Euer-
 hardus à Middelburgo in locis legal. Loc. à contrar. sensu p.
 452. notat, ubi à contrario sensu legis vel Canonis sumptum
 argumentum fortissimum, frequens, & utilissimum vocat,
 multasq. leges & auctoritates pro eo adducit, & limitationes,
 declarationes, & fallentias eius, ut loquitur, multis deducit,
 in quibus locum habeat, in quibus non. Matthæ: Stephani simili-
 ter illud fortissimè vocat, quia mens legis, Canonis, vel statuti di-
 catur, adeoq. illud, quod à contrario sensu venit, perinde habe-

atur, ac si in lege vel Canone expressum esset, l. 2. dial. Iur. 29. Carpzovius in Iure illud firmissimum vocat, p. 2. Pract. crim. q. 52. n. 62. alijsq; similiter.

20. Quid Logicè de eo habendum sit, sequentibus planum fiet. I. In Logicis argumentum à contrario sensu non est formale, sed materiale, nec procedit vi formæ inferendi sed materiæ. Vi formæ procedere dicitur illud, quod est ipsa formæ consequentia illationis in omni materiâ procedit. Vi Syllogismus in Barbara, Ferio, conuersio aliqua legitima consecutio, & aequipollentia Logica. Vi materiæ illud, quod ex terminis & materiâ, in quâ consecutio aliqua formatur, procedit. Formalem processum hic non esse probatur. Quia quod per formam procedit, abstrahendo ab omni materiâ procedit, ut generaliter in vniuersâ procedat. Sic conuersio, aquipollentia, consecutio enunciativa, Syllogismus formalis. Vi in tali formâ nunquam ex vero falsum eductum esse animaduersum sit. Imò sæpè ex falso ob vim formæ verum educetur. Sed à contrario sensu non ita procedit. Cum infinita exempla dari possint, in quibus fallit. Vnde & multi docti viri in formandâ hac argumentatione lapsi fuerunt, cum formalem pro materiali censerent. Ita Moscorovius in refut. appendic. monstror. Smiglec. p. 13. Si ij, arguit, qui Christum non confitentur, Christiani non sunt, E. omnes, qui confitentur, Christianos esse prorsus est necesse. At falso hoc argui ex simili patet. Si ij, qui bipedes non sunt, homines non sunt, E. eos, quæ bipedes sunt, homines esse prorsus est necesse. Si illi, qui homines non sunt, nec sunt Philosophi, E. eos, qui homines sunt, Philosophos esse est necesse. Si illi, qui rationales non sunt, Medici non sunt, E. illi, qui rationales sunt, omninò erunt Medici. Si qui renati non sunt, electi non sunt, E. qui renati sunt, electi
stas

statim sint, est necesse. Nihil horum ex formâ inferendi procedere apertum est. Alius apud Corn. Martini d. anal. formæ c. 12. quem ipse virum doctissimum vocat, ad c. 5. loh. v. 19. ita consequentiam nexuit: Ea est natura particulæ nisi, ut si conditionem ponas, quam tollit, simul totum præcedens membrum vel ponatur, si neget, vel tollatur, si affirmet. Si dicas, Nemo venit ad me, nisi pater traxerit eum, sequitur, aliquos venire, si pater traxerit. Imò verò omnes, quos traxerit, ut explicat Christus diserte infra v. 6. Sic si dicas, Mors manet super omnes, nisi Christo crediderint, efficitur, mortem non manere super aliquem, qui crediderit. Sic hoc loco, si ita conuertas, Filius non potest à seipso quidquam facere, nisi quod videris patrem facientem, videbitur consequi, filium à seipso facere, quod videt patrem facientem. Sunt autem hac è diametro inter se contraria, ut simul consistere non possint. Ita Papistæ ex Leu. 18. v. 18. Non sumes uxoris tuæ sororem viuâ illâ, à contrario colligunt: E. câ mortuâ licet eam ducere. Bellarmin. l. d. matrim. c. 27. Cor: à Lapide in c. 8. Leu. v. 18. v. Fagius in h. l. Eodem modo iudæus quidam Hildesia collegit, & anno 95. uxoris suæ sororem duxit, ut D. Gerhardus d. Conjug. §. 347. memorat. Sic ydem Papista ex loh. 15. v. 5. Sine me nihil potestis agere, à contrario inferunt: E. cum me aliquid potestis.

21. Verum, quidquid hic sit de materiâ, per formam ceriè aut nulla, aut valde vacillans est consequentia. Per se & simpliciter verum est, Quos pater trahit, illi veniunt ad filium. Sed ex consecutione tali, quam ille necit, formaliter hoc non sequitur: Nemo venit ad filium, nisi pater traxerit eum. E. quem pater traxerit, ille statim veniet. Eadem enim formâ & ego concludam: Nemo venit ad filium, nisi pater eum vocârit. E. si quos Pater vocârit, statim venient. At vocat omnes nec

Nec tamen omnes statim veniunt. Ad populum rebellem totâ de manum suam extendit. Sic nullum est unicornu, nisi sit animal. E. si animal est, statim unicornu est. Mors manet super omnes, nisi peccata sua agnouerint. E. si peccata sua agnouerint, mors non manet super eos. At agnouerunt Cain, Iudas, omnes desperantes. Et tamen mors super illos manet. Nisi enim ad agnitionem accedat fides, aut potius erectio ex fide in Christum facta, contritio sola nō sufficit. Nemo evadit doctus, nisi diligenter litterâ incubuerit. E. si diligenter litterâ quis incubat, statim evadit doctus. Cum tamen plura ad doctum requirantur, Ingenium, iudicium, Ordo, Dei benedictio, memoria, similiaq̃. Sic alius, qui artificium disputandi praeceptis Logicū & exemplâ Theologicū dispositum edidit, ita argumentatus est fol. 84. apud Eundem c. 9. Qui spiritum Christi non habet, non est eius. Infantes Spiritū Christi habent. E. sunt eius. Nititur vis argumenti forma à contrario sensu: Qui Spiritum Christi non habet, non est eius. E. qui Spiritum Christi habet, est eius. Missâ materiâ, qua vera esse potest, forma inferendi nullius pretij est. Arguam enim & sic: Qui animam sentientem non habet, non est homo. E. qui eam habet, est homo. At asini, leones, canes, &c. animâ sent. habent. E. erunt homines. Qui bipede non sunt, anseres non sunt. E. qui bipedes sunt, statim anseres sunt. Qui Christum non confitentur, baptisati non sunt. E. qui confitentur, statim sunt baptisati. Cum ex adultis conuersi, nec dum baptisati esse possint. Ita Catechumeni apud Veteres. Qui litteratus non est, Philosophus non est. E. qui litteratus est, statim erit Philosophus. At Icti, Medici, Theologi, litterati sunt. Nec statim Philosophos esse consequitur. Sic D. Hœus in prodr. con. resp. solidum p. 28. ex eo, quod aduersarius eos, qui humiles essent, facile nomen suum in scribenda

omittere dixisset, à contrario sic arguit: E. soli illi libris nomina
 sua proponunt, qui in oculis suis non sunt humiles, sed superbi,
 quiq; non timere habent, ut pro ambitione scriptū ipsorum accipi-
 atur. Atq; ita ab absurdo oppositi falsitate antecedentis enuntiatiō
 ostendere voluit. Sed Aduersarius Anonimus In abfertigu-
 ng prodromi p. 30. consequentiam ut valdè inconsequen-
 tem carpit, nihilq; hic sequi ait, ut maximè antecedens verissi-
 mum esset, quia accidentalis connexio subiecti & prædicatis.
 Quando prædicatum commune accidens est, nihil sequi-
 tur, nec per contrapositionem, nec à contrario sensu. Ve
 contrapositionem: *Amicus est mutabilis. E. qui non mutabilis,
 non est amicus. A contrario sensu; Amicus est mutabilis. E. ini-
 micus non est mutabilis. Non valet consequentia, quia mutabi-
 lem esse accidens commune est amici & inimici. Ita multi hu-
 miles sunt, qui nihil unquam scribunt. Multi expresso nomine
 scribunt, & tamen humiles sunt. Sic ille. Et omninò conse-
 quentiam hanc contrarij sensus non esse formalem multa
 docere posunt. Vbi corpus non est, ibi nec homo est. Non dices
 E. ubi corpus est, ibi statim homo est. Qui calcem non vidit,
 furor non est, Non dices. E. qui vidit, statim est furor. Qui al-
 phabetum nescit, doctus non est. Non sequitur: E. qui illud scit,
 statim est doctus. Qui fundamentum domus non posuit, domum
 non extruxit. E. qui posuit, statim domum extruxit. Qui cor-
 pus non habet, animam sentientem non habet. E. qui corpus ha-
 bet, animam statim habet. Si currere est bonum, non currere
 non est bonum. Si bestia est animal, non bestia non est animal
 Si homo sentit, E. non homo non sentit. Voluntas fundamen-
 tum habens in unitate essentia singularis est una, E. contra vo-
 luntas, quæ est una, statim fundamentum in unitate essentia
 habet. Qui oculos non habent, non vident. E. qui habent, statim*

vident, ut dormientes, & In finitis exemplis simile doceri potest. Per formam nihil horum procedit, & illatio à contrario sensu prorsus infirma est.

22. 2. Per materiam rectè se habentem argumentum à contrario sensu procedere firmiter potest. H. e. Vbi termini & res ipsa, de quibus inferitur, satis competenter se habent, bona potest hic esse illatio. Sed quomodo materia rectè se hic habeat, ulterius quærat? Dn. Philippus c. l. cum rectè se habeat, cum subiectum & predicatum sunt paria, h. e. cum predicatum aut definitio aut proprium est, Et cum causis propriè effectus attextuntur, vel contrà. Vt, beneficium datur propter officium. E. qui non habet officium, non sentiet beneficium. Officium enim est finis, ob quem datur beneficium. In prædicatis communibus non valere. Vt Amicus est benefaciendum. E. inimici non est benefaciendum. Benefacere enim predicatum commune est, tam amico, quàm inimi: competens. Eadem habet Reckertus c. l. Breuiter dici potest, Argumentum à contrario sensu procedere in materiâ reciprocâ, cum termini sunt reciproci, & cum vis consequentiæ loco contrariorum in contrarijs rationibus sumptorū nititur. Extra hanc materia habitudinem non procedit. In materiâ reciprocâ, h. e. cum definitio cum definito, proprium strictè dictum cum subiecto, & causâ proxima cum proprio effecto, & hic cum illâ sumitur. Definitio cum definito, Vt, Vbi est congregatio verè fidelium, ibi est vera Ecclesia. E. vbi non congregatio talis, nec vera Ecclesia. Vel cum conuersione: E. vbi non vera Ecclesia, nec talis congregatio. Iniuria est offensus animo offendendi illata. E. offensus non ita illata non est iniuria. Homo est animal rationale. E. vbi non animal rationale, nec homo est.



dicus. E. qui
nefest. E. qui
prio effecto,
obcuratur. E.
bi lumen non
sumus. E. ubi
respiratio est.
ma canina, il
ma canina est

23. 2. C
riè sumptor
tietatis con
quid. E. quo
rantia est lan
hominem co
disgregat
disgregat. E.
tratorū, qu
tratorū con
malibus in
quibus con
quentia. Vt


mmo


emis-
an se-


, vel
a non
n sub-
pro-
qvar-

✠

YHS.







Biblioteka Jagiellońska



stdr0019291

